

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Francfort, André Wechel, 1581](#)[Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VIII](#)[Item Mythologia, Francfort, 1581 - VIII, 23 : De Inacho](#)

## Mythologia, Francfort, 1581 - VIII, 23 : De Inacho

**Auteur(s) : Conti, Natale**

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X**

*Ce document a pour résumé :*

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[120\] : De Inacho](#)

---

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VIII**

[Mythologie, Paris, 1627 - VIII, 24 : D'Inache](#) est une transformation de ce document

---

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VIII**

[Mythologie, Lyon, 1612 - VIII, 23 : D'Inache](#) est une traduction de ce document

---

## Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

## Présentation du document

Publication Francfort, André Wechel, 1581

Exemplaire Regensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Paginationp. 822-826

## Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Inachos](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024



runt, quod etiam Acheloo & Cephiso fluminibus contigit, quibus aræ fuerunt erectæ, sicuti memorizæ proditum est à Pauli in rebus Articis. Consecuta fuit etiam ipsa Arethusa postmodum diuinos honores, ut ait Nicanor Samius in libro tertio de fluminibus: siquidem mos fuit Ægiensium, qui populi fuerunt Achaia, liba sumpta ex ara Salutis in mare porricere, quæ se mittere Arethuse Syracusas testarentur, ut ait Melanthes in libro de sacrificijs. ¶ Hæc illa sunt fetè omnia quæ de Alpheo fluuio memoratu digna tradita sunt ab antiquis scriptoribus, atqui sæpius explicatum fuit à nobis superius, quòd antiqui sub fabularum integumentis naturæ arcana occultarunt, quodque per has ambages verborum naturam & vires elementorum ac rerum omnium explicabant, quæ illis tantum erant manifesta, qui facti essent horum mysteriorum participes. Præterea ut res diuinas se semper habere ante oculos vulgus arbitraretur, montes & flumina & fontes & maria partim magnos Deos esse tradiderunt, partim quandam continere intra se occultam diuinitatem, quæ posset humanorum factorum esse testis. Et quoniam non animi solum, sed etiam corporis mundities Deo gratissima existimanda est, idcirco aquam illam, quæ præcipuam vim haberet purgandi, & sacrificijs esse accommodatam sanxerunt, & fluuium ipsum, qui huiusmodi aquam hominibus in usus illos suppeditaret, existimauerunt esse Ioui amicissimum atque acceptissimum. Alij diuinam vim animorum nostrorum, virtutisque naturam per huiusmodi fabulam explicarunt, quippe quòd sicuti materia appetit formam, ut suam propriam bonum, quòd ipsa per se inutilis est & ociosa apparet, sic anima nostra virtutem tanquam formam suam expetit. Hæc causa est cur Alpheus fingebatur sequi Arethusam, cum à *Ἄλφεις* sit macula, ut dictum est, siue imperfectio, & ἀρετή virtus à Græcis nominetur. ac de Alpheo satis, nunc de Inacho dicamus.

*De Inacho.*

## CAP. XXII.

**I**NACHVS autem filius fuisse dicitur Eurydamantis & Dorycles nymphæ, cum tamen quidam Iphinoen eius matrem nominatam fuisse maluerint. Alij Oëneum patrem Inachi fuisse putarunt, quare fuit Oënides ab Hesiodo in sacro sermone ita appellatus:

†††††

*Ἰνάχος οἰεῖται κερνίδη πάλυ φίλτατον ὕδωρ.*  
*Inachus Oensides caelo gratissimus annus.*

Hic primus omnium mortalium Argivis imperasse dicitur, uxoremq. habuisse Antiopen, ut quidam putant; ut verò alij maluerunt, Colaxen; de qua Phoroneum ac Mycalen filiam suscepit, quæ fuit postea vxor Arestoris, uti scriptum est à Pausania in rebus Corinthiacis. Habuit præterea filiam Philodicē, quæ ex Leucippo Phœbam genuit & Ilairam, ut traditum est à Timageto. Celeberrimum est præterea, quòd Io illa quæ prius in vaccam, deinde in deam Isidem conuersa fuit, erat eiusdem Inachi filia. nam fama est quòd Inachus quo tempore Argivis imperauit, fluuium Amphilochem prius vocatum ampliore alueo locupletauit, cum is propter repentinos imbres solito alueo minimè contentus sæpe in planitiem irrumperet, ac aliquando multa Argiuorum ædificia ac segetes secum rapiens deuolueret. cum postmodum fluuium alueus caperet, neque damna Argivis inferret, vocatus est Inachus de nomine benefici principis, quem ille Iunoni consecrauit, ut ait idem Pausanias. Neque enim consentit rationi, quòd Io fluij potius quàm hominis fuisset filia, qui sic Inachus vocaretur. Memoriam proditum est ab antiquis, quòd Inachus fluuius suos ortus ac fontes habuit in monte Artemisio ex fonte Lyrceo vocato, minimè dubios, cuius dicebatur illa esse natura ut parua visitata adesset illi aquarum copia, at facillimè per imbres ita excreceret, ut bonam partem Argivæ regionis inundaret, cum tamen per æstatem esset propè siccus. Istam autem aquarum penuriam Inacho contigisse illa de causa fabulantur, quia Inachus cum Phoroneo, Cephiso, & Asterione iudex Argiuorum de regione inter Neptunum ac Iunonem contendentes delectus, regionem adiudicasset Iunoni. nam cū Iuno agrum Argiuorum ad se pertinere, sibi que iure consecratum censeri debere diceret, Neptunus eum ad se spectare propter aquarum copiam, quæ regionem inundabant, eamque faciebant fertilissimam, contendit. At enim cū ab hæsitantibus diu iudicibus sententia postea pro Iunone lata fuisset, agerque Argivus Iunoni adiudicatus, fama est iratum Neptunum omnem aquarum copiam illis fluminibus iudicibus ademisse; quare nisi per æstatem cœlestibus pluujs iuuarentur, omnem proflus aquam unà cum suis nominibus amississent. contra verò quo



go nepote nato è Phoronei filia ciuitatem Argos nominauit. nam cum paulo ante mortuus fuisset Inachus, in Inacho fluuio de se nominato sepultus fuit, cum sibi magnificum sepulcrum ibi sub aquis extruxisset. Neque mirum est nomina fluuiorum & cursum saepius fuisse mutatum, quando vel ipsa aqua fluminum aliquando penè defecerit, ut testatur Lucianus ita in Charonte, *καὶ πόλις, ὡς περ ἄνθρωποι, καὶ τὸ παραδοξότατον, ποταμοὶ ὄλαι. ἰσάχρον ἔτι δὲ τάφος δὲ Ἀργὶ ἔτι καταλείπεται. atq; Urbes tanquam homines; & quod magis est admirabile, vel vniuersi fluuij enanescent. Inachi enim nullum Argis extat monumentum aut Vestigium.* tanta vis est temporum. Sed de fabulosis aut historicis haec tenus. ¶ Ego sane quid aliud per hanc fabulam vellent exprimere antiqui, non repetio, nisi vellent exprimere physicam fluuiorum & aeris naturam: nam quid est aliud lunonem ac Neptunum de regione contendere, nisi tantum esse aquarum aerisque beneficium ad fertilitatem regionis, ut utrum maius sit, non facile possit dijudicari? Delecti sunt fluuij iudices, quoniam iudicium illud non facile est cuiquam, nisi fluminibus, qui ipsi norunt quanta sit suarum aquarum bonitas, hoc est rerum physicarum peritis ingenijs. Sed ut sunt pleraeque res humanae, quae bonae creduntur, haec eadem res, quae salutem & fertilitatem regionibus afferre consuevit, si citra vel ultra modum sit, omnem salubritatem infestat atque euertit. Inde effectum esse dicitur ut indignatus Neptunus modo regionem inundarit, modo omnem ferè aquam fluminibus ademerit. Idem est enim aquarum vsus regionibus, qui est vini hominibus ac reliquarum epularum. nam cum vinum utile sit moderatum bibentibus, eius nimia copia incredibile est quantum obsit, tanquam intima corporis inundans ac penè suffocans, & vim naturalem exrens aut extinguens. quare ut fluuij ferunt per inundationes herbarum semina, si aqua sit cum terra comista accedente calore, ut sensit Theophrastus in 3. lib. plantarum, sic multa morborum & aegritudinum semina nascuntur per nimiam inundationem vini, si calor naturalis non possit copiam concoquere. Sed omnium difficillimum est dijudicare plume bonitas aeris, an copia bonarum aquarum conferat regionibus, quare iudices ancipites aliquam diu fuerunt. Ego tamen celsuerim, quoniam vsus aeris tam perpetuus est, tam utilis, tam necessarius, ut sine illo vivere neque tantillum possimus, cuius in primis exi-

mia bonitas ac temperies est requirenda, sapientissimè dictum  
 fuisse ab antiquis in regione Argiuorū adiudicanda præferen-  
 dam fuisse Iunonem, quā aera esse superius à nobis explicatum  
 fuit. Atqui sine fluminibus vel irrigatione agrorū vel solis im-  
 bribus cœlestib. aut etiā roribus aliquando cōtenti esse possunt  
 agri ad fertilitatē & ad sanitatem colonorum, ac sine aeris bo-  
 nitate nullū oppidum, nulla ciuitas, nulla regio est habitabilis,  
 aut magnopere à sanæ mentis hominibus expetenda. Eius rei  
 sunt argumentū paludes, aut agri paludib. propinqui, in quibus  
 incolumitas colonorū aut proximè habitantiū non solet esse  
 diuturna, vel si optimo illi prius fuerint naturali temperamen-  
 to, qui illuc accellerint, cum multę quotidie fiant accolentium  
 animalium ægritudines. Hæc ipsa causa fuit, vt arbitror, cur Iuno  
 precibus à Neptuno vix impetrarit vt aquas post inundationes  
 ex Argiuorū regione deduceret. nam post illuiones agrorum  
 non facillè recuperatur salubritas regionis, & id sit præsertim si  
 multa flumina in eam regionem defluerint. ac quoniam ho-  
 mines res diuinas petrarō ritè iudicare possunt, non semel per  
 na suæ arrogantia deterriti sunt ab ipsis Deorum rebus iudi-  
 candis, quibus parere tantūm conuenit, & obseruare, ac non  
 etiam iudicare. inde fabulati sunt antiqui fluminibus iudicibus  
 aquam fuisse à Neptuno ademptam. Sic Paris temerarius iu-  
 dex patrię suæ incendium & minas vniuersæ Asię adiudicauit.  
 Sic Midas sibi mutationem aurium tantūm, ac alij per hanc te-  
 meritatem in montes, in flumina, in beluas sunt mutati, quos  
 longum esset referre. Reliqua, quæ sunt ad fabulæ ipsius orna-  
 menta adhibita, non sunt omnia vtilia naturalibus ac philoso-  
 phicis rationibus, quia solēt nonnulla ad rerum primariarum  
 probabilitatem & exornationem cōfingi. vt enim in fertilissi-  
 mo agro fieri non potest nulla vt herba nascatur inutilis, sic in  
 optimis pulcherrimisque figmentis antiquorum non possunt  
 omnia ad certam mortalium vtilitatem perducī, sed quedam  
 ad voluptatem, quedam ad probabilitatem ficta fuisse sunt  
 existimanda. Quod si quis putet se posse hæc ad meliorem par-  
 tum perducere, melioresque explicationes inuenire, debet hæc  
 vtilitatem cum posteris communicare: omnes enim ad cate-  
 torum quoque commoda nati sumus, ac iubemur à Deo illud  
 talentum exercere pro viribus, quod nobis à diuina clementia  
 concessum est. At de Inacho satis, nunc dicatur Europa.

De